The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Homo n
cum uariis

Neque feras quidem inter nos genitas uincula excipiunt et omnium membrorum nexus. At homo infeliciter natus iacet manibus pedibusque deuinctis, flens animal ceteris imperaturum, et a suppliciis uitam auspicatur, unam tantum ob culpam quia natum est. Heu, demenciam ab hiis iniciis existimancium ad superbiam se genitos! Prima roboris spes primum temporis munus quadrupedi similem facit.

Ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

Homo n] Homo m V^1 V^2 L^1 L^2; neque] ne V^2 L^1 L^2; nexus] nexorum (*cor. infra*) B; manibus] et *add*. B; animal *om*. P V^1; culpam] culpamque (*cor. sub lin*.) C; existimancium] exstimantium P V^1 V^2; facit] fecit C